



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Lf
9
48



8/7.48




Harvard College Library

FROM THE

SUBSCRIPTION FUND

BEGUN IN 1858



INDICES
SCHOLARUM

IN

UNIVERSITATE LITTERARIA CAESAREA
DORPATENSI

PER

SEMESTRE PRIUS ET ALTERUM A. MDCCCLX

A DIE XX. M. JAN. AD DIEM IX. M. JUN.

ET

A KAL. AUG. AD DIEM XIX. M. DECBR.

HABENDARUM.

PRAEMISSAE SUNT OBSERVATIONES AD S. POMPEII FESTI PAULIQUE EXCERPTA.


by Ludwig Mercklin

DORPATI

EX OFFICINA I. C. SCHUENMANNI VIDUAE ET C. MATTIESENI.

MDCCCLX.

Lf 9.48



Subscription fund

Ex decreto senatus Universitatis.

Dorpati d. IV m. Dec. a. MDCCCLX.

Dr. Bidder, Rector.

727

Quam nuper ex itinere redux ad consueta muneris officia redirem, primum oblatis sunt indices scholarum in universitate nostra anno praeterito habitatum, qui quo serius in doctorum hominum manus veniunt, eo magis cavendum erat, ne litterariae dotis prorsus inanes essent. Itaque urgentibus aliis negotiis, ne mora ulla interponeretur, ex paratis copiis prooemii argumentum repetendum erat. Quae ex assiduo usu ad Festi Paulique marginem enotata habebam, quorumque specimen aliquod in Philologi vol. XII p. 200 a. 1857 propositum est, non ab re visum nunc publici iuris facere. Nam praeter vulnera in lacero illo corpore hiantia, quae ne Scaligeri quidem Ursinique persanabunt, naevulos sat multos novissimus editor reliquit, qui attentum lectorem offendant et mediocri acumine tolli possint. Quod in quibusdam ex hoc genere si mihi contigisse periti harum rerum iudices censebunt, operae pretium fecisse videbor.

Paul. p. 6 Muell. 'Algeo ex graeco ἀλγῶ ducitur, id est doleo, ut sit frigus dolor quidam membrorum rigore *collectus*'. — (*Conlectus* coniecit Doederlinus Synom. T. III p. 90.) — Notum est a poetis dici colligere frigus, sitim, rabiem, odium, non vero dolorem. Codices autem quum exhibeant *coniectus*, praestabit legere: dolor — *confectus*, quemadmodum sollicitudines conficere dicunt. Ter. Andr. 4, 1, 26.

p. 57. 'Claudiana tonitrua appellabantur, quia Claudius Pulcher instituit, ut ludis post scenam *collectus* lapidum ita fieret, ut veri tonitrus similitudinem imitaretur. Nam antea leves admodum et parvi soni-

tus fiebant, quum clavi et lapides in labrum aeneum *coicarentur*'. — Necessarium ut aut cum Augustino *coniectus*, aut cum Muellero *coiectus* in textum recipiatur, cf. Pollux IV, 130 *βουρτεῖον* similiter describens. — Claudius Pulcher vero erit idem, qui aedilis curulis a. u. 655 ludis magnificis excelluit. Plin. n. h. VIII, 19. XXXV, 23.

p. 63. 'Cingulo nova nupta praecingebatur, *quod* vir in lecto solvebat, *factum* ex lana ovis — . *Hunc* Herculaneo nodo vinctum vir solvit'. — *Hunc* in *hoc* non mutasse se Muellerus profitetur, quod Paulus cingulam pro *masculino* habuerit, ut masculina multa pro neutris habuit, cuius rei exempla Muellerus ad p. 36 profert, quibus addendi *similes* errores p. 105 *Itonida*, p. 108 *Impolitas* et fortasse p. 374 *Ungulam*. Sed ferendane est ea negligentia, qua Paulum *Cingulo* — *quod, factum*. *Hunc* solvit — *balbutisse* credamus? — Desunt enim miselli *grammatici* talia monstra. Itaque fortasse praestat L. B. scripturam: *Nunc* sequi, quo et temporum discrimen: *praecingebatur* — *solvebat* — *solvit* — *ducere* videtur.

p. 78. 'Eudiaeon lineum filum, quod medici extremo in clysterio relinquunt, per quod *κλυσμαὶ* emittitur'. — Graeci vocabuli usum comperimus e Polluce 4, 91 *ἡ δ' ἀνοργωμένη θύρις* (navis) *eis ἐκροτὸν τοῦ ὕδατος εὐδαιος καλεῖτο*. cf. Plut. Q. symp. 7, 1, 2. Suid. idemque Pollux 4, 181 *εὐδῖον* (*εὐδῖαιον* corrigi thesauri Steph. editor) inter medicorum apparatus recenset. De lineo filo vero in clysterio adhibito nemo quidquam. Sed apertum est Paulum aut scripsisse aut certe apud Festum legisse tale quid: *Eudiaeon foramen tenuis ut lineum filum*, quod cet. Simile infortunium Pauli aut mentem aut verba occupavit in glossa Laco-brigae p. 118, ubi vide Muelleri notam.

p. 94. 'Fregellae locus in Urbe, in quo civitatis *felis* hospites habitaverunt'. — Muellero *Felis* s. *Fellis* ex compendio (*Fregellis*) ortum censenti, atque Paulo senescentis *Latinitatis* scriptori hanc scribendi rationem: civitatis *Fregellis*, imputanti obstat hoc, quod eius soloecismi alterum exemplum apud Paulum quamvis sui saeculi genio indulgentem

nullum exstat. *illius* coniecit A. Augustinus, idque pro vero habet Lindemannus, sed propius etiam ad codicum scripturam mihi accedere videtur *eius*, ita ut f vel potius f ex praecedente civitatis vocabulo geminatum sit, i vero in t, u in ii abierit. Ad rem cf. quod de Camerinis ex Catone Festus servavit p. 234^b, 23.

p. 94. 'Fetiales a *feriendo*: dicti apud hos enim belli pacisque *faciendae* ius est'. — Praestat ni fallor: a *faciendo*, quod veriloquium et scriptura faciales indicare videtur, nam illud si voluisset Paulus Festusque non belli pacisque faciendorum, sed foederis ferendi mentionem fecissent. cf. Huschke, Incerti auctoris magg. et sacerd. P. R. expositiones ined. p. 4, 130 sq. Marquardtius (Becker, Hdb. d. r. A. T. IV. p. 382, n. 2600 a *foedere feriendo* legendum censet. Quam vocis originem esse voluerit Plutarchus Num. 12, Οἱ μὲν γὰρ Φηριαλεῖς αἰρήνης φύλακες τινες ὄντες, ὡς δ' ἔμοι δοκεῖ, καὶ τοῦνομα λαβόντες ἀπὸ τῆς πράξεως, mihi non liquere fateor. Aliud fetialium etymon exputavit Langius, Röm. Alterth. 1. p. 243.

p. 95. 'Galli —. Alii putant, ideo eos sibi genitalia incidere, quia violaverint *nomen* patris matrisve, ne possint ipsi fieri parentes'. — Manifestum est furorem Gallis, genitalia sibi incidentibus tanquam divinitus inmissum esse, poenae loco. Quid autem sit nomen patris matrisve violare non facile aliquis exputet. Sed scribendum: *numen* p. m., idque confirmat Lucretius II, 614 sq., ex quo Verrium hunc locum exscripsisse probabile fit.

Gallos attribuunt, quia numen qui violarint

Matris, et ingrati genitoribus sint inventi,

Significare volunt indignos esse putandos,

Vivam progeniem qui in oras *luminis* edant.

Lucretius autem qui v. 600 magnam, inquit, deum matrem 'veteres Graium docti cecinere poetae' sua facile ex Graeco poeta hauserit, fortasse Callimacho, quem de Gallis egisse e Plin. n. h. XXXI, 9, conieci Muellerus.

p. 106. 'Italia dicta, quod magnos italos, hoc est boves, habeat. Vituli etenim ab Italis itali sunt dicti. Italia ab Italo rege. Eadem ab Atte Lydo Atya putatur appellata'. — Praestare videtur quod dedit Lindemannus p. 79: 'Vituli etenim ab Italis sunt dicti', nam vocabulum, quo sententia Muellero iudice carere nequeat, quamvis facile propter antecedens *Italis* exciderit, boni codd. omittunt. Jam sequitur altera originationis, quae recte habet, in tertia denique *Atya*, quod unus Monacensis praebet, reliqui omittunt, locum tueri non potest, quoniam ab iis sonis, (*Italia*) qui cum Attelido, i. e. Atte Lydo congruunt, longius recedit, quamobrem ut Atta Lydo scribatur opus videtur.

p. 108. 'Compluvium, quo de diversis tectis aqua pluvialis confluit in eundem locum'. — '*quo*. Guelf. vg. *quod*. Papli cod. Monac. At hoc sententiae non convenit. *quum* con. Gothofr., idque optime placeret, si in codd. esset'. Muell. Scribendum est, si nihil culpa Paulus admisit, *quod*, non referendum illud ad compluvium, sed quo causa denominationis reddatur.

p. 113. 'Illicies (inlices) canales, in quos aqua confluit in viis lapide stratis, ab *eliciendo* dicti.

Inlecebrae item ab *illiciendo* dictae.

Non dubium potest esse, quin in priore glossa scribendum sit: ab *illiciendo* dicti, ut quod in altera sequitur: *item* sibi constet. cf. p. 114. Illicium dicitur, quum populus ad concionem elicitur.

p. 115. 'Lenones ab *alliciendo* adolescentulos appellati'. — Lenonis vocabulum quo artificio ab *alliciendi* verbo derivari possit non video (a *leniendo* Prisc. p. 124, 17 Hertz) neque id apud Festum extitisse inducere in animum possum, sed ibi de *leniendo* i. e. lenibus verbis *alliciendo* dictum fuisse, quod Paulus festinanter contraxit.

p. 126. 'Maximam hostiam ovilli pecoris appellabant, non ab amplitudine corporis, sed ab animo placidiore'. — Neque hanc causam veram esse eius appellationis, neque quam subtiliter Scaliger excogitavit, sed eam quam Gellius XI, 1, § 2, 3 de multa suprema i. e. summa et ma-

xima agens e Varrone protalit i. e. ovium penuriam, qui secum reputaverit, facile dabit. of. Fest. p. 144. Maximam multam, p. 202^b Ovibus, p. 243^a, 48, Peculatus.

p. 449^a, 25. 'Muli Mariani dici solent a C. Mari instituto, cuius milites in furca sunt posita tabella varicosius onera sua portare assueverant'. — Muell. emend. lect. *interposita*. Ad cod. lectionem propius accedere credo: *superposita*. Quod vero ad rem attinet, uberius Paulo v. aerumnulas p. 24 et Frontino Strat. IV, 1, 7 (qui liber pro spurio habendus cf. Wachsmuthius in mus. Rh. 1860. p. 574 sq.) de mulis Marianis disputat Plutarchus v. Mar. 13; unde quae apud Verrium Flaccum extiterint, fere animo informare possis. Nata est fortasse proverbialis appellatio ex militum Marianorum fescenninis, cuius rei vestigium in voce 'varicosius' poetis fere usitata superesse videtur. Nam quum Plinius n. h. XI, 252 referat: 'C. Marium, qui septies consul fuit, stantem sibi extrahi (varices) passum unum hominum, Oppius auctor est' (unde recte Lud. Janius ad Macrob. Sat. II, 3, 5 censuit Marium quoque varicosum Arpinatem dici potuisse), oritur suspicio, milites dum suam sortem conquirebantur simul cavillatos esse imperatorem. Accedit quod Plutarchus suam de proverbio expositionem triumphu lugurthini ipsi memoriae subiunxit.

Fest. p. 490^b, 30. 'et L. Sergio Dentato, qui Achilles Romae existimatus est'. — *Romanus* correxit A. Augustinus propter Gellium II, 11, 1, 'nomenque ei factum ob ingentem fortitudinem appellatumque esse Achillem Romanum'. Sed licet uterque Verrius Gelliusque ex eodem fonte hauserit, tamen non necesse ut in hac quoque re conspirent. Et habet adeo illud *Romae* quod magis placeat. Non enim Achillem Romanum Romani dixerint, sed Achillem. Quo autem quis tempore ab ea re distat, ut Gellius, atque ne in Romano quidem solo dum scribit versatur, eo aptior fit Achillis Romani appellatio.

p. 493^a, 3. 'Inter obsidionalem et civicam hoc interesse: altera singularis salutis signum est; altera *diversorum* civium servatorum' — 'universorum coni. Urs. ex Paulo, sed abhorret id a veritate' Muell. —

S. 7.48



Harvard College Library

FROM THE

SUBSCRIPTION FUND

BEGUN IN 1858



INDICES
SCHOLARUM

IN

UNIVERSITATE LITTERARIA CAESAREA
DORPATENSI

PER

SEMESTRE PRIUS ET ALTERUM A. MDCCCLX

A DIE XX. M. JAN. AD DIEM IX. M. JUN.

ET

A KAL. AUG. AD DIEM XIX. M. DECBR.

HABENDARUM.

PRAEMISSAE SUNT OBSERVATIONES AD S. POMPEII FESTI PAULIQUE EXCERPTA.


by Ludwig Mercklin

DORPATI

EX OFFICINA I. C. SCHUENMANNI VIDUAE ET C. MATTIENSENI.

MDCCCLX.

Lf 9.48



Subscription fund

Ex decreto senatus Universitatis.

Dorpati d. IV m. Dec. a. MDCCCLX.

Dr. Bidder, Rector.

752

Quum nuper ex itinere redux ad consueta muneris officia redirem, primum oblatis sunt indices scholarum in universitate nostra anno praeterito habitatum, qui quo serius in doctorum hominum manus veniunt, eo magis cavendum erat, ne litterariae dotis prorsus inanes essent. Itaque urgentibus aliis negotiis, ne mora ulla interponeretur, ex paratis copiis prooemii argumentum repetendum erat. Quae ex assiduo usu ad Festi Paulique marginem enotata habebam, quorumque specimen aliquod in Philologi vol. XII p. 200 a. 1857 propositum est, non ab re visum nunc publici iuris facere. Nam praeter vulnera in lacero illo corpore hiantia, quae ne Scaligeri quidem Ursinique persanabunt, naevulos sat multos novissimus editor reliquit, qui attentum lectorem offendant et mediocri acumine tolli possint. Quod in quibusdam ex hoc genere si mihi contigisse periti harum rerum iudices censebunt, operae pretium fecisse videbor.

Paul. p. 6 Muell. 'Algeo ex graeco ἀλγῶ ducitur, id est doleo, ut sit frigus dolor quidam membrorum rigore *collectus*'. — (*Coniectus* coniecit Doederlinus Synom. T. III p. 90.) — Notum est a poetis dici colligere frigus, sitim, rabiem, odium, non vero dolorem. Codices autem quum exhibeant *coniectus*, praestabit legere: dolor — *confectus*, quemadmodum sollicitudines conficere dicunt. Ter. Andr. 4, 4, 26.

p. 57. 'Claudiana tonitrua appellabantur, quia Claudius Pulcher instituit, ut ludis post scenam *collectus* lapidum ita fieret, ut veri tonitrus similitudinem imitaretur. Nam antea leves admodum et parvi soni-

tus fiebant, quum clavi et lapides in labrum aeneum *coicerentur*'. — Necessarium ut aut cum Augustino *coniectus*, aut cum Muellero *coiectus* in textum recipiatur, cf. Pollux IV, 130 *βροντείον* similiter describens. — Claudius Pulcher vero erit idem, qui aedilis curulis a. u. 655 ludis magnificis excelluit. Plin. n. h. VIII, 49. XXXV, 23.

p. 63. 'Cingulo nova nupta praecingebatur, *quod* vir in lecto solvebat, *factum* ex lana ovis — . *Hunc* Herculaneo nodo vinctum vir solvit'. — *Hunc* in *hoc* non mutasse se Muellerus profitetur, quod Paulus cingulum pro masculino habuerit, ut masculina multa pro neutris habuit, cuius rei exempla Muellerus ad p. 36 profert, quibus addendi similes errores p. 105 Itonida, p. 108 Impolitias et fortasse p. 374 Ungulosa. Sed ferendane est ea negligentia, qua Paulum Cingulo — quod, factum. Hunc solvit — balbutisse credamus? — Desunt enim miscelli grammatici talia monstra. Itaque fortasse praestat L. B. scripturam: *Nunc* sequi, quo et temporum discrimen: praecingebatur — solvebat — solvit — ducere videtur.

p. 78. 'Eudiaeon lineum filum, quod medici extremo in clysterio relinquunt, per quod *κλυσμός* emittitur'. — Graeci vocabuli usum comperimus e Polluce 4, 91 *ἡ δ' ἀνοργωμένη θυρίς* (navis) *eis ἐκροὴν τοῦ ὕδατος εὐδαιος καλεῖτο*. cf. Plut. Q. symp. 7, 1, 2. Suid. idemque Pollux 4, 181 *εὐδιον* (*εὐδαιιον* corrigi thesauri Steph. editor) inter medicorum apparatus recenset. De lineo filo vero in clysterio adhibito nemo quidquam. Sed apertum est Paulum aut scripsisse aut certe apud Festum legisse tale quid: Eudiaeon *foramen tenue ut lineum filum*, quod cet. Simile infortunium Pauli aut mentem aut verba occupavit in glossa Laco-brigae p. 118, ubi vide Muelleri notam.

p. 91. 'Fregellae locus in Urbe, in quo civitatis *feliis* hospites habitaverunt'. — Muellero Feliis s. Fellis ex compendio (Fregellis) ortum censi, atque Paulo senescentis Latinitatis scriptori hanc scribendi rationem: civitatis Fregellis, imputanti obstat hoc, quod eius soloecismi alterum exemplum apud Paulum quamvis sui saeculi genio indulgentem

nullum exstat. *illius* coniecit A. Augustinus, idque pro vero habet Lindemannus, sed propius etiam ad codicum scripturam mihi accedere videtur *eius*, ita ut f vel potius f ex praecedente civitatis vocabulo geminatum sit, i vero in t, u in ii abierit. Ad rem cf. quod de Camerinis ex Catone Festus servavit p. 234^b, 23.

p. 94. 'Fetiales a *feriando*: dicti apud hos enim belli pacisque *faciendae* ius est'. — Praestat ni fallor: a *faciendo*, quod veriloquium et scriptura faciales indicare videtur, nam illud si voluisset Paulus Festusque non belli pacisque faciendorum, sed foederis feriendi mentionem fecissent. cf. Huschke, Incerti auctoris magg. et sacerd. P. R. expositiones ined. p. 4, 130 sq. Marquardtius (Becker, Hdb. d. r. A. T. IV. p. 382, n. 2600 a *foedere feriando* legendum censet. Quam vocis originem esse voluerit Plutarchus Num. 12, Οἱ μὲν γὰρ Φοινικαῖς αἰρήνης φύλακες τινες ὄντες, ὡς δ' ἔμοι δοκεῖ, καὶ τὸννομα λαβόντες ἀπὸ τῆς πράξεως, mihi non liquere fateor. Aliud fetialium etymon exputavit Langius, Röm. Alterth. 1. p. 243.

p. 95. 'Galli —. Alii putant, ideo eos sibi genitalia incidere, quia violaverint *nomen* patris matrisve, ne possint ipsi fieri parentes'. — Manifestum est furorem Gallis, genitalia sibi incidentibus tanquam divinitus immissum esse, poenae loco. Quid autem sit *nomen* patris matrisve violare non facile aliquis exputet. Sed scribendum: *numen* p. m., idque confirmat Lucretius II, 614 sq., ex quo Verrium hunc locum exscripsisse probabile fit.

Gallos attribuunt, quia numen qui violarint
Matris, et ingrati genitoribus sint inventi,
Significare volunt indignos esse putandos,
Vivam progeniem qui in oras luminis edant.

Lucretius autem qui v. 600 magnam, inquit, deum matrem 'veteres Graium docti cecinere poetae' sua facile ex Graeco poeta hauserit, fortasse Callimacho, quem de Gallis egisse e Plin. n. h. XXXI, 9, conieci Muellerus.

p. 106. 'Italia dicta, quod magnos italos, hoc est boves, habeat. Vituli etenim ab Italis itali sunt dicti. Italia ab Italo rege. Eadem ab Atte Lydo Atya putatur appellata'. — Praestare videtur quod dedit Liademannus p. 79: 'Vituli etenim ab Italis sunt dicti', nam vocabulum, quo sententia Muellero iudice carere nequeat, quamvis facile propter antecedens *Italis* exciderit, boni codd. omittunt. Jam sequitur altera originationis, quae recte habet, in tertia denique *Atya*, quod unus Monacensis praebet, reliqui omittunt, locum tueri non potest, quoniam ab iis sonis, (*Italia*) qui cum Attelido, i. e. Atte Lydo congruunt, longius recedit, quamobrem ut Atta Lydo scribatur opus videtur.

p. 108. 'Compluvium, quo de diversis tectis aqua pluvialis confluit in eundem locum'. — '*quo*. Guelf. vg. *quod*. Papli cod. Monac. At hoc sententiae non convenit. *quo* coni. Gothofr., idque optime placeret, si in codd. esset'. Muell. Scribendum est, si nihil culpa Paulus admisit, *quod*, non referendum illud ad compluvium, sed quo causa denominationis reddatur.

p. 113. 'Inlicies (inlices) canales, in quos aqua confluit in viis lapide stratis, ab *eliciendo* dicti.

Inlecebrae item ab *illiciendo* dictae'.

Non dubium potest esse, quin in priore glossa scribendum sit: ab *illiciendo* dicti, ut quod in altera sequitur: *item* sibi constet. cf. p. 114. Illicium dicitur, quum populus ad concionem elicitur.

p. 115. 'Lenones ab *alliciendo* adolescentulos appellati'. — Lenonis vocabulum quo artificio ab *alliciendi* verbo derivari possit non video (a *leniendo* Prisc. p. 121, 17 Hertz) neque id apud Festum extitisse inducere in animum possum, sed ibi de *leniendo* i. e. lenibus verbis *alliciendo* dictum fuisse, quod Paulus festinanter contraxit.

p. 126. 'Maximam hostiam ovilli pecoris appellabant, non ab *amplitudine* corporis, sed ab animo placidiore'. — Neque hanc causam veram esse eius appellationis, neque quam subtiliter Scahiger excogitavit, sed eam quam Gellius XI, 1, § 2, 3 de multa suprema i. e. summa et ma-

xima agens e Varrone protalit i. e. ovium penuriam, qui secum reputaverit, facile dabit. cf. Fest. p. 144. Maximam multam, p. 202^b Ovibus, p. 213^a, 18, Peculatus.

p. 149^a, 25. 'Muli Mariani dici solent a C. Mari instituto, cuius milites in furca sunt posita tabella varicosius onera sua portare assueverant'. — Muell. emend. lect. *interposita*. Ad cod. lectionem propius accedere credo: *superposita*. Quod vero ad rem attinet, uberius Paulo v. aerumnulas p. 24 et Frontino Strat. IV, 1, 7 (qui liber pro spurio habendus cf. Wachsmuthius in mus. Rh. 1860. p. 574 sq.) de mulis Marianis disputat Plutarchus v. Mar. 13, unde quae apud Verrium Flaccum extiterint, fere animo informare possis. Nata est fortasse proverbialis appellatio ex militum Marianorum fescenninis, cuius rei vestigium in voce 'varicosius' poetis fere usitata superesse videtur. Nam quum Plinius n. h. XI, 252 referat: 'C. Marius, qui septies consul fuit, stantem sibi extrahi (varices) passum unum hominum, Oppius auctor est' (unde recte Lud. Janius ad Macrob. Sat. II, 3, 5 censuit Marius quoque varicosum Arpinatem dici potuisse), oritur suspicio, milites dum suam sortem conquerruntur simul cavillatos esse imperatorem. Accedit quod Plutarchus suam de proverbio expositionem triumphu lugurthini ipsi memoriae subiunxit.

Fest. p. 190^b, 30. 'et L. Sergio Dentato, qui Achilles Romae existimatus est'. — *Romanus* correxit A. Augustinus propter Gellium II, 11, 1, 'nomenque ei factum ob ingentem fortitudinem appellatumque esse Achillem Romanum'. Sed licet uterque Verrius Gelliusque ex eodem fonte hauserit, tamen non necesse ut in hac quoque re conspirent. Et habet adeo illud *Romae* quod magis placeat. Non enim Achillem Romanum Romani dixerint, sed Achillem. Quo autem quis tempore ab ea re distat, ut Gellius, atque ne in Romano quidem solo dum scribit versatur, eo aptior fit Achillis Romani appellatio.

p. 193^a, 3. 'Inter obsidionalem et civicam hoc interesse: altera singularis salutis signum est; altera *diversorum* civium servatorum' — 'universorum coni. Urs. ex Paulo, sed abhorret id a veritate' Muell. —

Praeter Plinium n. h. XXII, 8: 'Quodsi civicae honos *uno* aliquo ac humilimo cive servato praeclarus sacerque habetur, quid tandem existimari debet unius virtute *servatus universus* exercitus?', quem attuli in Ind. schol. Dorp. a. 1859, p. 8, ipse Festus ad tutandam lectionem facit, qui in eodem articulo de obsidionali corona P. Decio data supra scribit: 'una, ab exercitu *universo*, altera ab his qui fuerunt in praesidio obsessi'. cf. Liv. VII, 37, 2. Unde hoc elucet universos cives servatos non esse omnem civitatem, sed idem atque omnes cives qui fuerint in exercitu servato. Praeterea diversorum vocabulo Festus non usus est alibi ita ut oppositum sit singulis, sed proprio sensa adhibuit, ut p. 112, 9, 189^a, 24; 1946, 7; 375^a, 16.

p. 247^a, 23.

Aurum quoque
putatum dici sol-*et*, *id est expurgatum, et ratio puta-*
ta id est pura fac. *here-*

dibus rettulit. *Putitium Plautus pro stulto: Putitio stul-*
tior est barbaro. *Id autem eo haec causa.*

quibus respondent haec Pauli excerpta: 'Aurum quoque putatum dici solet, id est expurgatum, et ratio putata id est pura facta. — Putitium Plautus dicit pro stulto'. — Plauti versus a Festo allatus quum sit ex Bacchidibus (423 Ritschl = I, 2, 45) 'atque Muelleri supplementa lacunae spatium excedant (v. 26 habet litteras 48), lacerae reliquiae inter duos articulos ita distribuendae erunt:

ta id est pura fac-*ta. Putitium Plautus in Bacchi-*
dibus rettulit *pro stulto quom ait: Is stul-*
tior est babaro *Putitio*

Referendi verbo Festus in advocandis testimoniis non raro utitur, p. 170^a, 2; 181^a, 18; 204^a, 3; 202^b, 25; 203^a, 2; 209^a, 12 210^b, 14; 326^b, 16; 354^b, 14; 362^a, 2. Idem quum plerumque in ea re praesenti tempore loqui soleat (refert, dicit, ait), tamen interdum perfectum adhibuit. p. 178^b, 14; 182^b, 21; 193^a, 17; 214^b, 29, 23; 233^a, 34. His quae nuper de satirae Varronianae titulo in —

abus latente suspicatus sum (Die Citiermethode u. Quellenbenutzung des Gellius p. 664) reiecta volo.

p. 238^b, 28. 'Publicius clivus appellatur, quem duo fratres L. M. Publici Malleoli Aediles Cur. pecuaris condemnatis ex pecunia, quam coeperat, munierunt' ut in Aventinum vehiculis Velia veniri possit'.

Muellerus Ursinum secutus: *ceperant*. Sed codicis scripturae convenientius neque a re alienum erit: *coegerant*. Liv. 10, 23, 13 et ab aedilibus plebeis — ex multatitia item pecunia, quam exegerunt pecuariis damnatis. Varr. de l. L. V, 177 Multa pecunia quae a magistrata dicta ut exigi posset ob peccatum. — De cogenda pecunia cf. lexica.

p. 253^a, 7. 'Prox, bona vox, velut quidam praesignificare videtur'. — Ursini coniectura *velut quidam putant, significare videtur* non tolli verborum obscuritatem recte observat Muellerus. Cui tamen non obtemperandum pergenti, Paulo comparato probabile fieri, nonnulla intercidisse inter *velut* et *quidam*. Paulus enim de suo addidit, *ut aestimo, quasi proba vox*. Verum vidisse videtur Huschkius pro quidam substituens *quiddam*. Addendum iis, quae Lobeckius Aglaophamo T. 1. p. 775 rite composuit condiditque sepulcro.

p. 266^b, 30. 'eosque multo errore nominatos Aborigines, quorum subiecti qui fuerint Caeximparum viri, unicarumque virium imperio montem Palatium, in quo frequentissimi consederint, appellavisse a viribus regentis Valentiam: —'. Locus a multis tentatus. Niebuhrius T. 1. p. 218: Caci improbi viri unicarumque virium, quod Festi sententiae convenientissimum Muellerus habet. Non satisfacit tamen Prelero (Regionen p. 152), qui respiciens Diod. IV, 21 'Caci et Pinarii unitarum virium imperio' proposuit. Sed obstat duobus nominibus qui sequitur genitivus: regentis, deinde unicarum virium epitheton Festo proprium p. 23 propter unicum humanitatem. p. 212, 10 propter liquoris eius unicum subtilitatem. 322^b, 18 Sardanapallus rex Assyriorum fuit unice luxuriae. 351^b, 32 rapta virgine unice p-ulchritu-dinis. 355^b, 24 unice studi; adde p. 345, 4 Strigores densarum virium homines. cf. etiam Verrium Flaccum apud Serv.

ad. V. A. VIII, 204: Garanum fuisse pastorem magnarum virium qui Cacum adflixit; (cf. Maehly in Jahn. Tabular. 1852. vol. XVIII, p. 146.) Quamobrem v. d. suo iure in novissimo libro (Röm. Mythol. p. 643) ad Niebhrii sententiam se applicuit. Acute quidem Beckerus Handb. d. röm. Alt. II, 1. p. 12: imparum viri unicarumque virium per dittographiam ortum esse suspicatus, Caci unicarum virium imperio refinxit. Sed 'improbi viri' genuinam scripturam esse eo magis credendum, quod ita Caci nominis interpretatio Latina accedit, quemadmodum apud Auct. de or. g. R. 6 legitur: Cacus, Euandri servus, nequitiae versutus.

p. 274^b. Quum in articulo Ratumenna porta usurpatum sit *reciperatae* vocabulum, id ipsum videtur in causa fuisse cur statim subiectum fuerit lemma Reciperatio. Sunt enim eius consuetudinis plura vestigia, quorum unum neque Muellerum latuit, qui ad p. 344^b, 7. 8 Solemnia annotat: 'Haec adduntur ad eadem Catonis verba (in praecedenti articulo) explicanda'. Addenda autem sunt haec: p. 5. Adolescit a Graeco *αλδήσκω* id est accresco venit. Unde fiunt adultus, adulescens; altare, eo, quod in illo ignis excrescit. . . — Altaria sunt, in quibus igni adoletur. p. 61. Corculum a corde dicebant antiqui sollertem et acutum: Plautus in Casina; Ego sum liber, cet. — Casinam fabulam Plautus inscripsit ab ancillae nomine cet. — p. 62. Clava teli genus qua Hercules utebatur. — Calones militum servi dicti, quia ligneas clavas gerebant, quae Graeci *κᾶλα* vocant. Is quoque qui huiusmodi telo utitur, clavator appellatur. — p. 70. Delicata dicebant diis consecrata, quae nunc dedicata. — Dedicare autem proprie est dicendo deferre, ubi of. annotatio Muellerei ex particula *αὐτόν* colligentis haec superioribus ad expediendam verbi originem subiuncta fuisse. Simillimum eius nexus exemplum habes p. 79. Exterraneus ex alia terra. — Exterraneus *quoque* dicitur, qui ante tempus natus vel potius eiectus est (quae tamen Muellerus non in unam glossam contraxit). cf. p. 20. Arillator coctio, qui etiam cocio appellatur, dictus videtur a voce Graeca, quae est *αἶψα* tolle, quia sequitur merces, ex quibus quid cadens lucelli possit tollere.

Lucellum diminutivum est a lacro. — p. 92. Flammeo vestimento flammica utebatur, id est Dialis uxor et Jovis sacerdos, cui telum *fulminis* eodem erat colore. — Sequuntur articuli quinque praeter ordinem syllabarum initialium, qui ad fulmen et flaminem pertinent, deinde per Flaminium camillum in viam reditur. — Faciant talia aliquantulum ad cognoscendam rationem quae inter Verrii Festique, rursus inter Festi Paulique excerpta obtineat, et ad expediendum ordinem syllabarum initialium mirum quantum turbatum. cf. Muell. praef. p. XVI, sq.

p. 305^b, 10.

Supercilia in

Iunonis tu-tela putabant, in qua dicuntur muliere-s quoque, quod iis protegantur oculi, per q-uos luce fruimur quam tribuat I-uno unde ipsa dea lucina quoque dicta videtur.

Haec advocato Varrone de l. L. V, 69. Hoc vidiisse antiquos apparet, quod mulieres potissimum supercilia sua attribuerunt ei deae; hic enim debuit maxime collocari Iuno Lucina, ubi a diis lux datur oculis, ita fere constituenda videntur:

Supercilia

Iunonis tu-telae attribuisse putantur muliere-s, quod his protegantur oculi est.

Ceterum in tutela, sub tutela esse, tutelae esse, tutelam gerere frequentat Paulus Festusque. cf. p. 46. Arculus. 56. Claudere. 63. Cupressi. 64. Corniscarum. 78. Europam. 100. Hedera. 110. In insula. 117. Laverniones. 265^a, 34 Rustica Vinalia. 322^b, 27 Saturnia. 343^a, 10 Servorum dies.

p. 318^a, 29.

Sacrificulus

Reo appellatur, qui ea sacra, quae *facere rege-s* suserant, facit. *primus memorat-ur* post reges exactos *Sulpicius Corn-utus*.

Primum nihil obstat, quominus ex Paulo scribatur: *quae reges fecere assueverant*, facit. cf. p. 169^a, 28 portare assueverant. Deinde quod ad nomen primi regis sacrorum attinet, audacius et Ursinus Sici-
nium Bell-utum, et Maeflerus Sulpicium Corn-utum introduxerunt, quum
M. Papirium fuisse uetus Dionys. A. R. V, 4 prodiderit. Cuius nomen
quum Festi reliquiae admittere non videantur, aut statuendum est cogno-
men M. Papirii, quod nescitur, in-utus delitescere, aut quod praetulerim,
misso illo nomine scribendum:

*quem creasse dicitur post reges ex-
pulsos Iunius Br-utus.*

Liv. II, 2, 4. regem sacrificolum *creant*. cf. VI, 44, 9. Fest. p. 254^b, 24
regibus urbe *expulsis*. De regis sacrificuli creatione quum nihil con-
stet, nisi quod calatis comitis a pontificibus et auguribus inaugurati
sint (Cooptation p. 29), prima aetate magistratum et sacerdotiorum
constitutio a posteriore creandi modo interdum diversa fuerit, verisimile
est primum sacrorum regem ab Iunio Bruto esse creatum, penes quem
tum summa rerum fuit, neque ei coniecturae adversantur quae Livius
II, 4 et 2 coniunxit.

p. 324^a, 24.

Sagmina

vocantur verbenae, id est herbae
purae, quia ex loco sancto arce-
bantur a Consule, Praetoreve, le-
gatis proficiscentibus ad foedus
faciendum, bellumque indicendum,
vel a sanciendo, id est confirman-
do.

Antiquo arciendi i. e. acciendi verbo Festum usum esse, quod Muellerus
statuit, nemini credo placebit, praesertim quum illud de hominibus ar-
cessendis non de rebus dictum esse videatur. Itaque ut peccatum sit
in *arcebatur* necesse est. Atque ipse Muellerus Haschkii coniecturam
arce dantur, quae nitatur Liv. 30, 48, 9 herbae id genus ex arce

sumptum fetialibus dari solet' tanquam probabilem, si corrigendum sit, attulit. A quo paululum declinans Prellerus (R. M. p. 219) *ex loco sancto Arcis dantur* scripsit. Sed neutrum placet. Huschke appositio nomeni sue praeposita obstat, licet sagminum a sancto derivandorum consilium Festus cepit, Prellero quod verbenae non ex loco aliquo sancto arcis repetebantur, sed ex arce omnino (Liv. 4, 24, 5 fetialis ex arce graminis herbam puram attulit). Ad corrigendum autem verbum in promptu sunt *serpabantur, tradabantur, legebantur*.

p. 348^a, 4. Quae de secespita ex Antistio Labeone referuntur, atque iisdem paene verbis redeunt apud Servium ad V. A. IV, 262, ea, advocato Varrone de l. L. VI, 24 et Festo p. 249^b Praefericulum, ita continuare licebit :

Ea-

*dem rem divinam facientes in sacrario utuntur
Opis Consiviae, ubi et praefericulo aeneo olim
ad sacrificia utebantur.*

p. 354^b, 27

Talas-

tionem in nuptiis Varro ait *signum esse lani-*
fici τάλαιρον, id est quassillum, *i-nde enim so-*
litum appellari Talassionem. *at*
historiarum scriptor, Talassium ait *nomine*
virum, rapta virgine uniceae p-*ulchritu-*
dinis, quod ei id coniugium fuerit *f-elicia*, *boni*
hominis gratia nunc redintegrari.

Quaeritur cuius historici nomen in lacuna restituendum sit. Totum articulum ex Varrone fluxisse, non priorem tantum partem, ita ut alteram Verrius Festusve ipse adiecerit, patet ex Plut. Q. R. 34 et v. Rom. 45. cf. Thilo de Varrone Plutarchi quaestionum Romanarum auctore praecipuo. p. 25, qui tamen parum recte dicit quassam primam praeter Plutarchum Festum servasse, nam altera quoque utrique communis est. Itaque ar-cendus erit T. Livius, qui 4, 9, 12 cum Festi verbis satis conspirat. Li-

vio enim neque Verrius Flaccus usus est (cf. Muell. ad p. 299^b), neque, quod nunc opus, M. Terentius Varro. Insuper apud Livium nihil est, quod cum his verbis: 'quod ei id coniugium fuerit felix', comparari possit. Sed accessendus est unus ex antiquioribus historicis, Cn. Gellium dico, quem Dionysius II, 31 et Charis. 4, p. 39 de Sabinarum raptu uberius dixisse testantur, quique apud Festum iterum delituit in lacuna p. 184^b, 2 ubi pro: '*Coe-lius historiarum* libro' equidem '*Gel-lius historiarum* scriptor' praetulerim. cf. Kiessling de Dionys. Hal. Antiqq. auctoribus Latinis p. 34. Versus igitur 30 ita supplendus est


litum appellari Talassionem. *Sed Cn. Gellius*

historiarum scriptor, Talassium ait *nomine*

(ὄνομα Τάλασιος Plut.) Ut autem hac occasione dicam, quid mihi de Talassio videatur, nihil aliud inesse crediderim, quam Graecum Neptuni s. Consi, per cuius festi opportunitatem raptae sunt mulieres, epitheton, *Σαλασσία* nimirum, ita Graecus quidam narraverat, ferri sciscitantibus clamatatum (Liv. I, 9. Plut. q. r. 34), unde artificiosae illae interpretationes promanarunt.

p. 359^b, 29. 'Taepocon soliti sunt appellare Graeci genus scribendi deorsum versus, ut nunc dextrorsum scribimus'.

Oedipode scilicet, ait, opus est. Et profecto, quae adhuc prolata sunt, non sufficiunt, atque in eo offendunt, quod articulum Graecum praepositum habent. Persuasi mihi opus esse Graeco adverbio ad modum illorum *κινηθὸν, στοιχηθὸν* formato, quo scripturae ad perpendicularum directae notio comprehendatur. Lemma a Taer incipiens requiri ostendit praecedens Tarmes et quod subsequitur Tartarino. Quod si verum est, non video quod maiore iure scribi possit, quam *Taerodon* i. e. *Θαιρηθὸν* (ut a voce *πλίνθος* fit *πλινθηθὸν*), *Θαιρὸς* enim Hesychio interprete ὁ δῆσαν ἀπὸ τοῦ ἄνω μέρους ἕως κάτω στεροφείας. *αι* vero diphthongum Festus per ae exprimere solet, Daedalam, Eudiaeon, Maeandrum, Maeson, Paedidos, Paeon, Thraeces.



Lf 9.48
Observationes ad S. Ponpelli Festi P
Widener Library 002407998



3 2044 085 199 420

